

num. 12. pro sententia ibi relata. Hoc enim videtur hominum communis postulare, quamvis ea verba in alio sensu prolata non contineant mendacium. Atque ita docent, Angelus verbo Juramentum 4. in initio, Sylvest. verbo Juramentum 3. quæst. 2. versicul. Si vero is, & sequenti, Cajetan. 2. 2. qu. 89. artic. 7. col. penult. versic. Ad hoc dicitur, Sotus de secreto, membro 3. q. 3. in fine, Navarr. cap. 21. num. 9. in fine, & quæst. 3. num. 8. 9. & 26. & sum. cap. 12. nu. 8. & 13. Suarez, eo lib. 3. cap. 10. num. 21. & lib. 12. cap. 17. num. 28. Leonard. lib. 2. de iustitia cap. 42. dub. 9. in num. 46. 48. Toledo lib. 4. sum. cap. 21. num. 9. notabili 1. Azor. tom. 1. lib. 11. in fine, moralium cap. 4. quæst. 5. regula 4. Philarcus de officio sacerdotis, tom. primo p. 2. lib. 3. cap. 14. in initio, Valentia 2. 2. disput. 5. q. 13. puncto 2. in solutione ad 2. ubi de hoc optime explicat sic, Quamvis usurpare verba ad aliquem alienum sensum significandum in conversatione communi, non sit mendacium contra negativum non mentientis præceptum: est tamen peccatum omissionis contra affirmativum virtutis veritatis dicendæ præceptum. Quod exigente ita ratione boni communis, & civilitatis, obligat quælibet à proximo interrogatum, ad respondendam determinatam veritatem, de qua interrogatur, vel de qua ortus est sermo, nisi ex iusta causa interrogatus jus habeat ad eam veritatem interroganti occultandam. Atque ob hanc rationem Angel. & Sylvest. occultandi allegati vocant hujusmodi juramenta æquivoca abque necessitate dicta, perjuraria. Ut diximus numero decimotertio. Dices esse questionem de nomine. Respondeo esse questionem de re valde necessariam. Quippe si his æquivocationibus uti esset contra non mentientis præceptum, nunquam id posset licere. Sicut in nullo eventu licet mentiri. At cum loquitur ex causa iusta id licere. Quippe veritatem occultare in pluribus eventibus licet. Et hæc est ratio discordiæ inter Auctores allegatos. Quamvis enim omnes illi concedant priorem hujus regulæ partem, nempe, nullus verbis amphibologis uti liceat abque iusta causa. At in posteriori parte, non circa omnia verba omnes concordant. Quia censentes inesse mendacium in verbis ex sua significatione non ambiguis, quantumcumque aliquo addito mente concepto verum sensum efficiant, dicunt subinde illorum usum in nullo eventu esse licitum, sed solum illorum verborum, quæ ex se ambigua sunt. (Ut numero decimo secundo retulimus.) At nos, qui censemus in nullis verbis inesse mendacium, si ex addito mente retento vera efficiantur, dicemus pariter omnibus verbis licere uti cum dicta amphibologia, quando causa iusta ejus usus subest. Cujus sententiæ Auctores numero precedenti retulimus.

17. Imò nec in iudicio quando quis non legitime interrogatur, fas est his amphibologis uti abque necessitate. Quando scilicet facit, & abque criminis suspitione, interrogatus posset se alia via tueri. Ut non respondendo, vel appellando ab iniqua interrogatione. Ut bene docet Sotus de secreto, membro 3. q. 3. conclus. 3. At rarissime, vel potius nunquam, hoc in iudicio fieri, habebit locum. Quoties enim reus, vel testis subterfugio aliquo uti voluerit, concipient iudices vehementer delicti suspitionem. Et idè hoc limitatione non est opus.

18. Quoties autem adest causa iusta his utendi æquivocationibus, animus utentis non debet esse ad fallendum proximum, sed ad occultandam veritatem, quam non expedit revelare. Ut bene docet Sylv. verbo Juramentum 3. q. 2. vers. Licet autem. At est animus esse fallendi, cum juramentum non sit falsum, hic enim nil falsum significare illis verbis vult, sed ut alter decipiat non intelligens sensum ab eo intentum, sola culpa venialis videtur. Quia non est gravis inordinatio, nec iniuria proximo gravis inferitur, utpote qui ius ad id juramentum non habet. At re bene inspecta, est mortale perjurium. Quia cum intendat persuadere, ac fingat aliud, quam in mente tenet, est mendacium simile mendacio consentient in facto. Ut constat ex ratione 6. quam nu. 15. adduxi ex mente D. Thome.

19. Causa vero iusta utendi his amphibologis est, quoties id necessarium, aut utile est, ad salutem corporis, honorem, res familiares tuendas: vel ad quælibet alium virtutis actum, ita ut veritatis occultatio censatur tunc expediens, ac studiosa. Ita Navarr. c. Humana aures 22. q. 5. in q. 1. ad finem, & in q. 2. num. 10. An vero sit causa iusta jocus honestus dicimus nu. 22.

20. Imò iustum hujus causam esse, quoties quis rogatus ab alio privato jurat, videtur clarè sentire Navarr. eo c. Humana aures, in q. 3. num. 10. Eamque rationem reddit. Quia respondere alteri non obligatur, nec obligatur respondere ad ipsius mentem. A quo enim removetur genus, omnis quoque species removetur. Idem videtur docere Toledo libro 4. summa capite 21. num. 9. in fine, ubi ait posse hunc uti æquivocatione, maxime cum rem celare expedit, & privatus importunè interrogaret petens juramentum. Atque hoc idem concedit Navarr. in summa cap. 12. num. 8. quoties privatus importunè rogat, ut alter juret. Cæterum, quando nulla alia causa præter hac importunas preces urget, non exillimo esse iustitiam ad licitum harum amphibologiarum usum. Quia si alias non est iusta causa ejus veritatis occultandæ, nullum jus ad preces importunæ rogantis ea subinde

tegi conferunt. Et ita videtur sentire Sylv. verbo Juramentum 3. quæst. 2. versicul. Licet autem, ubi tunc licere uti æquivocatione ait, quando privatus deprecative petit juramentum, & animus jurantis est non fallendi, sed occultandæ veritatis, quam non expedit revelare. Et tenet expressè Valentia 2. 2. disput. 5. qu. 13. puncto 2. col. penult. in solutione ad 2. ubi ait interrogatum à proximo teneri ratione boni communis, & civilitatis respondere determinatam veritatem, de qua interrogatur, nisi attentis circumstantiis peccature sit ad eam veritatem interroganti occultandam habet. Et Suarez eod. lib. 3. cap. 10. num. 10. ubi ait tunc licere, quando importunè quis cogitur ad aperendum, quod non expedit sibi aperire.

21. Quando verò quis nemine petente se ad jurandum offert, nequit amphibologis his uti. Ut docent Sylv. Suarez. n. precedenti allegati, Navarr. summa c. 12. n. 8. Ledesma 2. par. 4. q. 10. art. 1. dub. 6. Sayro in clavi regia, lib. 5. c. 4. n. 21. Leonard. lib. 2. de iust. c. 32. dub. 9. n. 46. Toledo eod. c. 21. n. 9. notabili primo. At hoc ita universaliter dictum minime approbo. Quia si necessitas, vel utilitas est utendi quæ: parum refert, sive rogatus, sive non rogatus, quis juret: eo vel maxime quòd sæpè occasio se offerre possit, qua valde expedit cuiquam se sponte sua ad sic jurandum invitare. Ut ad placandum proximum, vel ad restituendam famam iniuste ablatam. Et ita bene Philarcus de officio sacerdotis, 10. 1. p. 2. lib. 3. c. 14. in initio, dicens utro se offerenti ad jurandum hoc non licere, temperavit quando nulla necessitate, aut utilitate cogitur. Atque idem tenent Doctores, quos num. 28. allegabo, dicunt enim eum qui verum crimen occultum proximi iniuste detegit, posse se offerre ad famam restituendam amphibologica locutione utendo.

22. Sed quæres, qualis culpa sit, jurare his amphibologis utendo abque necessitate? Communis sententia habet id esse mortale. Quòd fit contra præceptum juramenti finem, qui est veritatem determinatam restituere. Atque ita docent Angelus verbo Juramentum 4. in initio, Taberna verbo, jurare qu. 13. num. 14. Armilla verbo, Juramentum numer. 16. Navarr. c. Humana aures 22. q. 5. in q. 3. n. 8. Et in sum. c. 12. nu. 8. & 13. Toledo, Sayro, & Leonard. & Philarcus, num. præc. allegati, Ludovicus Lopez 1. p. instruct. cap. 42. col. 5. versic. Dolere jurans. At probabilius credo, quando id non est id iudicio, iudice legitime interrogante, vel in materia præjudiciali, solum esse culpam venialem; si intentio dicentis non sit, ut audiens fallatur. Juxta dicta num. 28. Ducor, quòd hoc non sit mendacium: (ut n. 13. probavimus.) nec addit iniustitia aliqua. Quia nec juramentum est in iudicio, nec in materia præjudiciali. Quare sola discretio huic juramento deficit: id quod divinum testimonium non debeat abque necessitate his amphibologis immiseri. Quoties autem sola discretio juramento deficit, est veniale. Nec casus advertarii iuri jurandi. Quia id contingit in hoc casu in materia levi, ac proinde non est mortale. Sicut jurando rem venialiter malam promittere, advertatur fini juramenti, quòd ad rem justam confirmandam institutum est. At qua materia est levis, est veniale. Et ita sustinet Cajet. 2. 2. q. 83. artic. 7. col. penult. versic. Ad hoc dicitur, loquens de verbis ex sua significatione ambiguis. Sed retenta nostra sententia n. 15. explicata idem dicendum est, quando verba non sunt ex se ambigua, sed ex solo addito in mente jurantis retento efficiunt sensum verum. Quippe militat eadem ratio. Cum enim juramentum verum sit, sola discretio illi deest. Et Leonardus eod. dub. 9. num. 48. loquens de utraque æquivocatione dicit fortè non esse mortale. Et Suarez eo lib. c. 11. n. 5. & 6. loquens de utraque dicit esse grave peccatum, at non expedit esse mortale, nisi quando iniustitia miscetur. Quare dum Sotus de secreto, membro 3. q. 3. in fine, ait non esse culpam; amphibologis uti joco, & in ridiculis, intelligi quando abque juramento id fieret. Tunc enim honestus ille ludus recreationis iustæ causæ exercitus honestum redderet amphibologiæ usum. At si juramentum addeat, est manifesta culpa, propter vanam, & indifferetam divini nominis usurpationem. At sola est venialis, juxta dicta. In iudicio autem iudice legitime interrogante, & in materia præjudiciali, est peccatum mortale verbis quibusvis ambiguis uti. Ut latius casus, sequenti dicemus.

23. Ex his deducitur primò, testem non juridicè rogatum de aliquo delicto, posse respondere se nescire, intelligendo intra mentem, ita ut teneatur dicere, quamvis id verè leat, quia videt. Quia cum voces sint conceptum signa, id verbum, nescio, recipit hunc sensum, ut vili dicam. Ut constat ex illo Marci 13. De die illa nemo scit, neque filius hominis. Quod explicat Dignus Augustinus Psalmo 6. in prologo, ut intelligatur, ad dicendum. Hoc minus bene negat Sepulveda libro de ratione reddendi testimonij capitulo 13. At ferè omnes alii Doctores id concedunt. Et quamvis Sotus lib. 5. de iustitia, qu. 6. articulo 2. conclus. septima, & de secreto, membro 3. concl. 4. dubitet, an hunc testi licet dicere, non audiat, vel non videt, intelligendo ad dicendum: fatetur tamen licere dicere, non meminisse. Quia (inquit non videt, & non audit) non videtur implicare relationem ad dicendum. Sicut implicat, non nescio, & non meminisse. At dubitandum non est, licere his omnibus verbis uti: & eandem significationem habere. Atque ita docet Navarr. communiter receptus cap. Humana aures 22. questione 5. in questione 1. numero 9. Quòd maxime verum est, cum etiam licet testi dicere, & rem non commisit

missit id delictum. Ut n. 28. dicemus. Atque utrumque licere testi docet etiam Sayro in clavi regia, lib. 4. c. 5. n. 24. & lib. 12. c. 17. num. 29.

24. Quare potest testis prædictis æquivocationibus uti, etiam alius juridicè rogetur, quotiescumque non tenetur ob aliquam causam ferre testimonium: ut quia notabile damnum ipsi sequetur, &c. Quia cum ea causa exculante non tenetur, verè dicit se nescire, non vidisse, non audivisse, intelligendo, ita ut dicere teneatur.

25. Insuper in communi locutione interrogato dicit, quam secreto ferre expedit, licet ait dicere se nescire, intelligendo ita ut expediat dicere. Quia locutio est vera, & necessitate utendi amphibologia urget. Ita Sylvest. verbo Mendacium quæst. 2. p. 4. q. 10. art. 1. dub. 6. Navarr. de reprobis, lib. 2. c. 4. in nova editione, in 3. p. dub. 5. n. 242. Potest etiam juxta regulam, quam nu. 15. tradidimus, uti quavis alia amphibologia verum sensum reddente ex sola conditione mente intellecta; et si verba ambigua non sint.

26. Secundo deducitur, verum non legitime à iudice interrogatum de proprio delicto, quòd fecit, posse respondere se non fecisse illud; intelligendo intra se, eo modo, quòd iudex rogat, nempe, ut sustinet illi iudicio. Et quamvis hoc probetur à Valentia, & quibusdam aliis. Quod contra jus interrogatus possit verba in quocumque sensu à se confido accipere. Quòd n. 15. approbavimus. At planior defensione huius responsionis modus est, juxta regulam n. 14. traditam. Quia cum iudex non ut tyrannus, sed ut persona publica roget, de iis solis, quæ illi iudicio subdunt, censetur interrogare, attentis personæ interrogantis, & iudicii circumstantiis. Ac proinde responsio simpliciter facta est vera juxta interrogantis mentem. Hoc est contra Sotum 1. 5. de iust. q. 6. a. 2. col. penult. & de secreto, membro 3. q. 3. concl. 5. Cordubam ibi, circa 4. & 5. conclusioem, & in sua summa q. 65. & in libro 1. quæst. 43. dub. 2. versic. Sicut si primum, & versic. Sed si iudex, & Aragon. 2. 2. quæst. 69. art. 2. in fine, qui dicunt id esse perjurium mortale. Quia contradictoria responsio est vera, nempe, feci id delictum. Et quia si hæc responsio non contineret mendacium, nulla id continere possent. Tandem, quia verba fabulantur utique. Si tamen bona fide ut communitur accidit, detexere, non tenentur legem iustitiæ. Quia in nihilo facti sunt locupletiores, nihilque possident. At possessor bonæ fidei extra hos casus non tenetur restituere. At si post se abque suo detrimento, & speratur retraditionem profuturam; tenentur lege charitatis obligantur quælibet; vitare grave proximi damnum, quando abque suo detrimento potest.

27. Tertio deducitur, quoties factum exterius contra legem excusatur à culpa ratione alieus circumstantiæ, posset rogatum juridicè de illo facto id negare, intelligendo de facto criminoso. Ut si quis hominem ignoranter putans esse fœram occidat, aut in propriam defensionem; aut rem alienam in debiti compensationem usurpavit, potest de eo factò rogatus in iudicio id negare. Quia interrogatio iudicis ex circumstantiis interrogantis, & iudicis, de eo solo facto intelligitur. Atque ita docent Bannez 2. 2. q. 66. art. 2. dubio penultimo, & ibi Salon. controversia 11. in quarta ratione, & Sayro in clavi regia, libro de decemdecimo, capite 17. num. 26. Leonardus lib. 2. de iustitia capite 31. dub. 3. num. 14. beneque addit idem, si sola culpa venialis fuit. Quare ob eandem rationem, quando taxa alicuius rei est iniusta, si plures vendens, aut defraudans in pondere, & mensura, ita ut sibi satisfaciat pro pretii iniustitia, & reddat correspondentes merces pretio dato, potest hic rogatus à iudice, an plures vendiderit, vel dececerit in pondere, aut mensura, id negare; asserereque se pretio taxato vendidisse, & integrè pondus, & mensuram tradidisse, intelligendo hæc, ita ut plures vendens, aut deficiens in pondere, & mensura deliquit. Quippe abque delicto utrumque fecit. Atque ita verè dicit se integrè tradidisse, nempe, quatenus tenebatur eò pretio accepto, nec excessivè delinquendo. Atque ad hoc factis est, opinionem esse problemam eam taxam non obligare. Ut in simili dicemus numero trigessimocundo.

28. Quarto deducitur, rogatum juridicè de aliqua circumstantia vera, ut indicio alicuius delicti si non perpetrati, posse eam negare, intelligendo intra se, quatenus est indicium illius delicti. Ut si reperit cadavere, quis interrogatur, an gladius ibi reperit sit suus, vel tali hora illac tranierit, quæ vera sunt, & petuntur ab eo, tamquam illius hominidici indicia, quòd verè non commisit, potest negare. Quippe ad debitam iudicis mentem verè responderet. Ita Sotus lib. de secreto, membro 2. quæst. 7. post 3. conclus. dub. 2. Manual. de ordine iudicario cap. 10. num. 7. Saloniis numero precedenti allegatus, Sayro eodem cap. 17. num. 11. Leonard. eodem lib. tertio, num. 14.

29. Imò, quando reus iniuste occultos socios detexit, aut

testis iniuste crimen rei occultum coram iudice prodidit, si non sit sufficiens aliunde informatio ad procedendum contra eos socios, aut illum reum, possunt reus, & testis id se offerre coram iudice, & jurare illos non fecisse id delictum; intelligendo ita, ut id delictum iussit illi iudicio; & falsum dixisse; intelligendo, quatenus falsum fuit: id delictum eos fecisse publice, ita ut subest illi iudicio. Et probatur, quia cum res sint immutata, sicut à principio, quando jurantur, poterant verè dicere hos non esse reos, intelligendo, publice, & ut illi iudicio subsunt; de quo delicto solo interrogat iudex, ut iudex; ita & modo id verè dicere poterunt. Imò, si scienter detexerunt iniuste, possunt etiam dicere se mentitus esse, intelligendo de mendacio pratico: quòd dicitur quocumque opus rationi difformum. Sicut iniustum criminis veri detractorem, dicunt multi posse dicere se mentium esse, ac falsum dixisse, intelligendo de hoc mendacio pratico. Hi sunt Molina lib. 1. summa cap. 14. q. 33. et in septima cubeca, Navarr. lib. 2. de reprobis, cap. 4. in nova edit. p. 3. dub. 5. num. 242. sequenti, Enriquez lib. 5. de penitentia cap. 12. num. 6. Manual. 1. tom. summa; in 2. editione, cap. ult. num. 5. Bannez 2. 2. quæst. 69. art. 2. dub. 8. & ibi Saloniis controversia 15. dicens Canon, Manium, & viros doctissimos à suis prælectionibus hoc docuisse. Leonardus lib. 2. de iustitia, c. 11. dub. 20. n. 110. Sayro in clavi regia, lib. 11. c. 4. in num. 27. Petrus de Lesh. 2. tom. sum. tractatu 2. cap. 2. conclus. 3. & in propriis terminis ita docet Sayro eod. c. 4. in fine. Imò, quamvis illa bona fide detexerunt, & ita culpa fuerit immunes, possunt dicere se mentitus fuisse, intelligendo de mendacio materiali, quòd appellatur quocumque falsum bona fide dictum; ac proinde tale etiam dicitur falsum praticum, id est, quòd in se erat peccatum, & rationi difformum, & ratione bonæ fidei excusatum. Nam necessitas reparandi damni illati est causa iustam reddens harum amphibologiarum usum. Quòd si roges, an teneatur ad hoc? Petrus de Ledesma proxime allegatus, & Sayro eo c. 4. num. 27. ajunt teneri hac æquivocatione uti, qui iniuste famam læsæ, detegendo verum crimen occultum. Sed diligenter edit ita. Si reus ille, & testis mala fide se iniuste detexere, teneatur uti ea æquivocatione, & se ad id offerre, si possint abque majori notabili detrimento suo, & spee fore, ut retraditio profuit. Quia cum hæc via possint licite damnum illatum resarcire, & lege iustitiæ uti ad teneantur, teneantur utique. Si tamen bona fide ut communitur accidit, detexere, non tenentur legem iustitiæ. Quia in nihilo facti sunt locupletiores, nihilque possident. At possessor bonæ fidei extra hos casus non tenetur restituere. At si post se abque suo detrimento, & speratur retraditionem profuturam; tenentur lege charitatis obligantur quælibet; vitare grave proximi damnum, quando abque suo detrimento potest.

29. Imò, quando reus iniuste occultos socios detexit, aut

30. Quintò deducitur, cum, cui licitum est aliqua bona abcondere, eò quòd illis ad vitam sustentandam egeat, ne à creditoribus capiantur, & sic cogatur mendicare, posse rogatum à iudice jurare, si nulla bona abcondidit habere. Atque idem possunt jurare id fecisse, abcondendo ipsi commisit, licet eum abcondere ad hunc finem. Intelligendo secum, non

habere bona abscondita, quae iurati manifestare tenentur. Haec enim est intentio illius interrogationis.

32 Sexto deducitur, quotiesquispiam a cuiusvis debiti obligatione liber est, posse rogatum a iudice de illo, id negare, intelligendo intra se, ita ut debeat; Quia respondet ad debitum iudicis mentem. Quia ratione optime Covarr. relatis Alciato, et Cepula lib. 1. var. c. 2. num. 4. Azor. tom. 1. l. 11. in fine, moral. cap. 4. qu. 5. regula 2. docent eum, qui minus iurato acceptos solvit, posse a iudice rogatum de mutuo, mutuo iure non accipere, intelligendo, ita ut teneatur id solvere. Idem docent Suarez, eo libro 3. capite 9. num. 6. Parlad. de rebus quotidianis, lib. 2. cap. finali, parte prima, §. quarto num. 13. Atque idem dicendum est, si quacumque alia ex causa ab eo mutuo solvendo liber esset. Atque idem credo, si tunc non teneatur solvere, eo quod terminus, ad quem mutuum datum fuit, non est impletus; vel praer paupertate exculatur debitor a tunc solvendo. Quia iudex ad eum effectum rogat, ut cogat statim solvere. Quare negans se accepisse, intelligendo, ita ut statim debeat solvere, verè ad debitum iudicis mentem respondet. Atque ob eandem rationem libro primo de matrimonio, disputatione decima, numer. 27. et 28. probavimus, quoties sine verè, siue fide promittens matrimonium, immunitus est ob aliquam causam ab implendi obligatione, intelligendo ita ut teneatur implere. Quod ibi numero vigesimo octavo diximus procedere, non tantum, quando est certa causa non implendi, sed etiam quoties sapientum iudicio est probabile non teneri servare. Quia potest amplectendo opinionem probabilem existimare se tuta conscientia non obligatum. Atque ideo immerito Gutierrez allegato Perez, quae praet. lib. 1. nota quae. 60. negat posse negari mutuum iam solutum. Et eadem ratione clericus rogatus a custodibus, an aliqua portet, eo fine, ut ab eadem solvere compellatur, potest jurare se nil portare, intelligendo ex quo ab eadem debeat. Ita Sylv. verb. Mendacium questione ultima. Et idem credo, quoties laicus aliqua portat, aut habet, aut vendidit, ex quibus ab eadem aliqua ratione non debet, aut non debet integram, iuxta probabilem opinionem. Potest enim juramento rogatus negare se habere, portare, vendidisse eam solam quantitatem, ex qua ab eadem non debet; intelligendo intra se, ita ut ex illa debeat. Ut bene docet Suarez eodem cap. nono, numero septimo.

33 Major difficultas est, an debens cuiusquam rogatus in iudicio, an debeat eorum, posse absolute negare se censuram debere? Et similiter rogatus de fundo, an sit iustus, possit absolute negare suum esse, si sola pars eius sua sit? Barboza, l. si quis dixerit, §. Utrum ff. de rebus dubiis, Abbas Felinus, Alciato, Alciatus, Aretinus, & alii, quos refert, Covarr. lib. 1. variatum, cap. 4. nu. 5. dicunt hunc ita absolute negantem esse perituum. Quorum fundamenta refert, & solvit ibi Covarr. Qui alius relatus iure iuramento tenet contrariam opinionem, quam etiam sustinet Azor, tom. 1. l. 11. in fine, moral. cap. 8. in fine, et Gutierrez questionibus practiis, lib. 1. quae. 61. num. 2. qui alios num. 1. refert pro contraria sententia. Quia qui rogatur, an comederit in templo, cum solum extra comederit, verè negat. Item, quia propositio affirmativa est falsa, nempe, debeo centum. Ergo negativa eius contradictoria est vera. Quamvis autem hic non sit perituum, poterit ex alio capite culpae reus esse, nimirum, si neget, ne cogatur solvere partem, quam debet, vel causa alterius fraudis, & quia cogit actorem ad probandam partem illam verè debitam. Et ita ait Gutierrez eodem numero 2.

34 Septimo deducitur, scholasticos rogatos, an fuerint collocati cum aliquo ex candidatis circa cathedram concernentibus, vulgo, oppositores, posse tuta conscientia jurare se non collocutos, si de his solis rebus egere, quae ad subornandum eos non pertinebant; intelligendo intra se de huiusmodi rebus. Quia haec est debita interrogantium mens. Ita Navarrus summa c. 12. n. 19. Suarez eodem lib. 3. c. 9. n. 7. Sayro in clavi regia, lib. 5. c. 4. n. 24. Quamvis contrarium immerito teneat Ludovicus Lopez, l. p. infract. c. 1. col. 7. vers. Qui tempore perfessit. Et similiter ob eandem rationem possunt a iudice interrogati, an domum aliquis ex illis ingressi sint, jurare se non ingressos, quando non ingressi sunt, ut subornarentur. Ita Manuel 1. tom. summa, in secunda editione cap. 191. num. 4. Atque ob eandem rationem rogati, an egerit de his, quae in aliqua congregatione tractata sunt, si egerit de non praedicialibus, & quae iuxta statutorum mentem non sunt secreta servanda, possunt jurare se non egisse, sed secreta servasse; intelligendo intra se de his, quae servare tenebantur. Ita Philaenus, de officio sacerdotis, tom. primo, part. secunda, lib. 3. cap. 14. in fine, Suarez, et Sayro proxime allegati.

35 Octavo deducitur, venientem ex loco minime peste infecto, qui falso infectus creditur, rogatum ab urbis custodibus, veneritne ex eo loco, posse jurare se ex eo non venire intelligendo tamquam ex loco pestilenti. Quia haec est debita custodia intentio. Ita Sylvester, verbo Juramentum, §. 9. 2. in fine, Navarrus ad humana aures 22. §. 5. in q. 2. n. 9. in summa c. 12. nu. 19. Toledo lib. 4. summa cap. 21. nu. 9. Philaenus de officio sacerdotis, tom. 1. part. 2. lib. 3. c. 14. ad finem, Azor, tom. 1. lib. 11. infract. moral. c. 4. §. 5. regula 3. puncto vers. Primo quidem, Suarez eo cap. 9. n. 7. Sayro eo c. 4. nu. 22. Leonard, lib. 2. de iustitia, in

c. 42. dub. 9. n. 47. Atque idem bene docent Sylvester, et Azor ad Wilhelm, et Manuel 1. tom. summa 2. editio, c. 191. nu. 4. quando adeo celeriter transit per locum peste infectum, ut nihil eum pelis arriterit, potest iurare se illic non transivisse, intelligendo, ita ut aliquid mali ex loci pestilentia contraxerit. Quia haec debet esse debita custodia intentio. Et ita debent intelligi Navarrus, eo c. 12. num. 19. et Toledo eo nu. 9. Suarez eo n. 7. dum dicunt venientem ex loco pestilenti, si juraverit, credat, nec se, nec aliquid suum peste infectum esse, posse jurare inde non venire; intelligendi enim sunt, quando ita celeriter illac transierit, ut explicatum est. Quia alias nullatenus id jurare liceret. Semper enim est periculum contagionis. Et ideo optime Leonardus eodem num. 14. dixit oportet, ut jurans sit certus non esse periculum contagionis. Atque optime advertit Sylvester, eodem quae. 2. et verbo Mendacium in fine rogatus, & clericus venientes ex loco verè pestilenti, ac de hoc rogatus ab urbis custodibus teneri ad ipsorum custodiam mentem rogari. Quia etiam laici exigentes iuramentum non sunt eorum superiores, et licet exigunt. Cum non vi illata, sed ex suppositione, si in urbem ingredi velint, id petant.

36 Nono deducitur, creditorem virtute instrumenti publici exigentem coram iudice debitum, vulgo, executionem pro la denda, posse iurejurando asserere quantitatem in eo instrumento contentam, esse sibi debitam, prout jurare jubetur, licet non sit iustus, si sit, si tantumdem pecuniam, quantumdem solum est, sit alia via sibi debitum; de quo nullum est instrumentum publicum, virtute cuius exigatur. Quia cum verè vera ea quantitas debita verè sit, nec jurans sibi deberi virtute illius instrumenti, verè jurat, ac iuxta principalem iudicis mentem; & nulli injuriam irrogat. Cum debitor totam illam solvere teneatur. Hoc tamen intellige, nisi effectus praedictum juris alterius creditoris, qui habet jus antedebito illo non contento in instrumento, & debitor ille non esset omnibus solvendo, & jus illius alter jus creditoris esset posterius debito contento in instrumento. Quippe hic recuperans virtute illius instrumenti totam summam, praeretur in tota in praedictum alterius creditoris, qui in quantitate soluta parte maius jus habebat. Imò quando hoc praedictum non est, si debitor reconvenit coram iudice creditorem, ut juret, an pars illius debiti soluta sit sibi, potest jurare solutum non esse intelligendo, ut modo non sit tantumdem sibi debitum. Quia verum in hoc sensu jurat, ac necessitate debitis recuperandi cogitur.

37 Decimo deducitur, si per injuriam extorqueretur promissio jurata alicuius pecuniam dande, licere juranti uti hac equivocacione, iuro tibi me numeratum pecuniam; intelligendo, ut ille casus tibi, rogatur, & verbo, Juro, ita ut sit sensus, tibi iuro fore, ut numerum pecuniam, siue tibi, siue alteri. Quod ea oratio patitur utrumque verum. Item, si in ea lingua, in qua juratur, nomen Dei habeat diversas significaciones, licere jurare per Deum usurpando id nomen in alia significacione. Similiter non esset fuis quam veniale mendacium, dicere, vro, abata, I cum nil verè iuravit. Haec omnia docet Serus l. 8. de iustis, questione prima, articulo 7. in fine. Imò credo nullum fore mendacium, si illud verbum, vro, accipitur materialiter ad nil significandum. Sicut num. 10. diximus de aliis juramenti verbis materialiter acceptis.

38 Sed an liceat tunc jurare, retinendo mente hanc conditionem, iuro me daturum, si tibi secluso iuramento sum debitor? Aliqui negant duci, quod ea verba hanc amphibologiam non patiantur in communi hominum sensu. Ita docent Cajetan. 2. 2. q. 89. art. 7. col. parvult. vers. Ad hoc dicitur. Et ibi Aragon, circa solutionem ad 4. in 2. conclus. Sotus l. 8. de iust. q. 1. art. 7. column. ultima. At recentia nostra sententia num. 15. tradita, dicendum est id licere. Quia nil refert verba eam amphibologiam pati, & cogit necessitas uti. Et ita cum secluso iuramento non debeat, minime tenebitur solvere. Atque ita docent dicitur verbo Juramentum §. n. 8. casus, Sylvester, verbo Juramentum §. 9. 7. dicto 2. Navarrus, c. humana aures 22. §. 5. in q. 2. n. 6. in fine, et summa c. 12. n. 14. Azor, tom. 1. lib. 11. infract. moral. c. 4. §. 5. reg. 5. puncto vers. Primo quidem, Valentia 2. d. 2. §. 6. q. 7. puncto 4. col. anteposuit. Qui bene addit, nec teneri tunc proper alios id iuramentum implere. Poterunt enim, & debebant credere iuramentum in alium sensum fuisse detortum; siquidem ad id iusta causa fuerat.

39 Undecimo deducitur, coactum aliquam accipere in sponsam, quam ducere non tenetur, posse jurare se accepturum, intelligendo intra se, si teneor, vel si postea placuerit mihi. Constat ex dictis. Et docet Toledo l. 4. summa, c. 21. num. 6.

40 Duodecimo deducitur eadem ratione feminam morti proximam, ac excommunicatam, eo quod viro non cohabitaret, quem novit ob impedimentum occultum non esse iurum, coactamque jurare, ut abolvatur, fore ut adepta sanitate illi cohabitaret, posse id jurare, intelligendo intra se, si id mihi licet. Quia non est mens iuramentum exigentis ut ea peccet. Et ita docent Angelus verbo Juramentum 4. in initio, Sylvester verbo Juramentum §. 3. quae. 2. vers. In iuramento verò Navarrus summa cap. 12. num. 9. Azor, tom. 1. lib. 11. infractio num. moralium cap. 4. quae. 5. regula 2. in fine, Philaenus de officio sacerdotis, tom. 1. part. 2. lib. 3. c. 14. ad finem. Atque Sylvester eam universalem regulam tradit, quoties iuramentum exigitur

exequendi aliquid, quod sine peccato fieri nequit. Potest enim jurans se intelligere, si aliquis peccato id scire potero. Idem intelligit de muliere non cohabitante viro, eo quod conficia sit adulteri viri, ac proinde iustam divorii causam habet. Quippe jurare compulsa de viro cohabitaturam, potest id jurare, intelligendo intra se, si ad id teneor. Quia mens iudicis non est novam illi obligationem imponere.

41 Decimo tertio deducitur, adulteram rogatam a marito, an adulterium admisserit, posse jurare se non fuisse matrimonium. Quia adhuc matrimonium integrum, & habile perseverat; quamvis vir ea verba in eo sensu percipiat, ut si idem thri non violaret. Ea enim oratio utrumque sensum admittit. Ita Sotus de secreto, membro 3. qu. 3. conclus. 7. Aragon. 2. 2. q. 69. art. 2. in fine, Sayro in clavi regia lib. 12. c. 17. num. 25. Negat autem Sotus ea q. 3. post. §. conclus. vers. Sed ais forte, et lib. 5. de iust. §. 6. art. 2. ad finem corporis, licere illi negare adulterium, concipiendo iure se aliam diem ab ea, in qua id admisit. At tenendo nostram sententiam num. 15. relatum, verius est id licere. Et ita docent Navarrus, c. humana aures 22. §. 5. in q. 1. num. 9. Philaenus numero praecedenti allegatus. Et constat ex dictis in simili num. 26. in fine. Similiter potest jurare se non fecisse, intelligendo intra se, ut tibi revelem. Ita Philaenus ibid. Azor, tom. 1. l. 11. infract. moralium cap. 4. qu. 5. regula 3. puncto vers. Primo quidem, Sayro in clavi regia, lib. 5. cap. 4. num. 24. At nequit jurare se adulteri crimine carere, eo quod illud confessa sit. Quia veniam sibi concessam a Deo esse ignorat. Ita Palud. 4. d. 35. q. 1. artic. 3. num. 26. Sylvester, verbo Juramentum 2. qu. 8. Navarrus summa cap. 12. n. 18. Quamvis minus bene conciat hoc licere Sayro eodem 2. 4. num. 24.

42 Decimo quarto deducitur, licitam fuisse amphibologiam, qua usam fertur D. Franciscum, qui a iudicis ministris rogatus, an illac quidam reus transivisset, manus in vellus maritae introducens, dixit sic, Non transivisset, intelligens de locutione in quo manus habebat. Quia aderat iuxta occultandae veritatis causa, & verba verum sensum iuxta additum mente intellectum habebat. Hoc est contra Sotum de secreto, membro 3. quae. 3. post. §. conclusio, vers. Sed ais forte. Sed approbat Ananias, et Angelus, quos refert, & sequuntur Navarrus, c. humana aures 22. qu. 5. in q. 2. num. 10. et 11. Suarez, tom. 2. de religione, tractatu de iuramento, lib. 3. cap. nono, num. 7. et 8. Idem Navarrus, in summa, c. 12. num. 8. Salo. 2. 2. quae. 96. art. 2. controversia 11. Atque similiter posset dicere sic, Non transivisset, intelligendo locum individuum, quem pede, aut manu tangit. Ut bene docet Sylvester, Mendacium, questione ultima. Similiter mulier, quae nupti confobrinum, rogata a iudicis ministris, an maritus domum intravit, potest jurare neminem domum intrare praeter confobrinum. Ut bene docet Sotus ea questione sexta, conclusio 7.

43 Decimo quinto deducitur, eum, a quo mutua pecunia petitur, quam re vera habet, posse iurejurando affirmare, se eam non habere, intelligendo intra se, ut mutuo dat, quando non tenetur mutuari. Ita docent Navarrus summa Latina cap. 15. num. 13. diffinitio cap. 28. additio ad num. 8. cap. 12. et cap. humana aures 22. quae. 5. in quae. 3. num. 13. Manuel, 1. tom. summa, in secunda editione cap. 191. nu. 4. Philaenus de officio sacerdotis, tom. 1. part. 2. lib. 3. cap. 14. ad fin. Sayro eodem cap. 4. num. 26. At contrarium tenent Corduba de secreto, memb. 3. quae. 3. Enriquez, lib. 5. de pan. cap. 19. nu. 8. in commento, litera R, in fine, Ludovicus Lopez prima parte, infractio cap. 42. column. septima, vers. Item qui non tenetur, Parlad. de rebus quotidianis, l. 2. cap. finali, part. 1. in §. 4. num. quinto. At credo priorem sententiam esse veriorum, quod ad hoc, ut ille non sit perjurus. Quia in sensu verum dicit, cum sensus sit, non habeo, ut tibi mutuari velim. Quare ad veritatem huius iuramenti nil refert, an ille teneatur mutuari, nec ne. Et ita non oportet addere illam limitationem, quam praedicti Doctores addunt, quando non tenetur mutuari. Et solum intelligi illam addere, ut sit peccatum tunc negare mutuum. At quamvis non sit perituum, peccabit venialiter in ea iuramento equivocacione, si nulla non mutandi causa sit. Iuxta dicta num. vigesimo secundo. Nulla autem esset culpa, si addeat iusta ad alium usum; causa. Ut quia jurans illius pecuniam eget ad difficultis in solvendo credit fore, ut accipiens illa habeatur circa solutionem sit. Similiter idem dicendum est, si intra se intelligat, non habere se pecuniam in alio loco ab eo, in quo re vera habet. Quia similiter iuxta additum mente retentum ea verba vera sunt. Et tandem iuxta omnem sententiam potest verè jurare, se non habere eas pecunias, quando re vera illis pro tunc ita eget, ut eas mutuari nequeat. Quia iuxta petentis intentionem responderet, quae est, an habeat pecunias, quas commodè mutuo dare possit.

44 Ultimo deducitur, poenitentem temerè rogatum, an hoc, vel illud peccatum falsus sit, posse jurare se non confessum, intelligendo ita ut teneatur illi explicare. Ita contra Sotum 2. d. 18. qu. 4. art. 5. in solut. ad 4. vers. Atque considerate, dicentem posse dicere, se non dixisse, aut non posse dicere, se non dixisse in confessione, aut non fallum esse, tenent Enriquez l. 6. de pan. c. 19. n. 7. Valentia 4. tom. disp. 7. q. 13. puncto ult. col. 2.

45 Tandem id observandum est, quoties licitum est ad se tuendum uti aliqua equivocacione, licet quoque erit licitum, Summa Th. Sanchez, Enri 1.

est interrogans urgeat excludens illam equivocacionem; v. g. iniquus iudex interrogat tellem, an sciat delictum, siue publicè, siue occultè, potest telis respondere, se nec publicè, nec occultè scire, intelligendo ita, ut teneatur dicere. Ut docet Sotus, et si aliquantulum dubius, de secreto, membro 3. q. 3. post. §. conclus. vers. Sed hoc est, quod me dubium. Aragon. 2. 2. quae. 70. artic. 1. fol. 522. Et de confessore, & ut Deus interrogatione urgeatur, an sciat in confessione, & ut Deus dicunt posse eum jurare etiam, ita ut teneatur dicere, Sotus 4. d. 18. q. 4. art. 5. ad 4. Navarrus, cap. humana aures 22. qu. 5. in q. 2. num. 7. Suarez 4. tom. in 3. part. disp. 33. sectione 6. numer. 7. Enriquez lib. 6. de poenitentia, cap. 19. numer. 7. Valentia 4. tom. 2. disputatione 7. quae. 13. puncto ultimo col. 2. Atque idem docent de reo, qui rogatus de delicto fecerit, ut dicat, si fecerit publicè, siue occultè, siue ipse iudex iuridice roget, siue non, dicentes posse adhuc respondere se non fecisse, intelligendo, non ut iniquitate sua roget, sed ut teneatur tamquam iudex rogare, Bannez 2. 2. qu. 69. art. 2. dubio penultimo, et ibi Salo. controversia 11. pag. 175. vers. Quod si iudex. Atque idem docet de rogato a custodibus urbis aliquem locum peste infectum falso esse exillimantibus, & rogantibus quempiam, an ex eo loco venerit, siue infectus peste sit, siue non, nempe posse huc respondere non venire ex eo intelligendo, non ut vos rogatis, sed ut debetis rogare, Navarrus in dicto cap. humana aures, in quae. 2. num. 9. Quorum omnium ea est ratio, quia et si interrogans excludat eo ipso omnem alium modum sciendi, & responso ex se id significet, id tamen verum est ex formaliter interrogantis intentione, cui imputari debet repugnantia in ipsis verbis, & interrogatio, quamquam, quae in se in se non habet, respondendo ad mentem legitimum, quae in se in se non habet. Quare idem casus ob eandem rationem, quantumcumque reduplicat iniquus interrogator, ut juret se nulla equivocacione uti, & abique omni profusa equivocacione id intelligere, adhuc enim id jurare potest, intelligendo, ita ut plura debeat loqui, & explicare; vel aliquid aliud mente concipiendo, quo verum id reddatur. Quia cum non teneatur ad formalem interrogantis mentem respondere, sed ad debitam, illa responsio iuxta debitam eius mentem vera est.

46 At oportet, ut utrens quacumque ex dictis amphibologiis intendat sensum, quem verba verè possunt habere, & sic est opus, ut sciat se in aliquo verò sensu posse dicere, quamvis in specie illum ignoret. Ita Suarez eo l. 3. c. 10. num. 4. at fat erit, ut intendat sensum, quem doctus vir illi consuevit, aut intelligit.

CAPUT VII.

Qualiter non liceat in iudicio, iudice bene rogante, vel in contractibus, amphibologia uti in iuramento? Etan qui tunc negavit, possit absolvi antequam declaret delictum, et si jam datur morte plectendus? Et an si sibi falsò crimine impoferat, teneatur retractare?

SUMMARIUM.

- An iuridice rogatus, vel in contractibus, peccet mortaliter jurans retinendo amphibologiam? n. 1.
Quid, si in his casibus fingat se jurare, non jurans? n. 2.
Rogatus iuridice de delicto, an possit jurare se non fecisse, si fieri mandavit? n. 3.
An possit negare, si jam in confessione sacramentali id delictum falsum sit? n. 4.
Talis iuridice rogatus, an possit jurare se nascere, hinc solum auditus? n. 5.
An reus, qui illegitime negavit veritatem, si jam punitus, vel absolutus sit, vel fugiit, teneatur se offerre ad satendam veritatem? n. 6.
Quid si adhuc sit sub iudicis potestate, et daret iudicium? Refertur quadam sententia, n. 7.
Est sententia Auctoritatis, n. 8.
Qualiter se habere debeat confessor cum reo, circa satendam veritatis propositum, si iterum rogatus? n. 9.
An reus jam condemnatus, qui ad mortis supplicium ducitur, teneatur fateri veritatem, quam iuridice rogatus negaverat? Refertur quadam sententia, n. 10.
Proposuit sententia Auctoritatis, n. 11.
Quid si sibi falsum impoferat, propter quod damnatur, an teneatur se retractare? n. 12.

NON est animus in praesenti tractare, quando iudex ita iuridice roget, ut reus fateri teneatur; hoc enim spectat ad tractatum de reo. Sed tamen in praesenti tractatur, quod teneatur sub mortali ratiōe fateri, an peccet mortaliter id amphibologiam tegendo, quae verum sensum efficiunt; teneaturque postea se offerre ad veritatem sincerè detegendam. Et quidem quoniam iudex ita iuridice roget, ut reus teneatur fateri veritatem constat esse lethale in